Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dimitti. At illi dixerunt
Barraban. Dicit illis
pylatus quid faciam igi
tur de ihu qui dicitur xpus.
Dicunt omnes illi magis cla
mabant dicentes. Cruci
figatur. Videns autem pyla
tus quia nichil proficeret sed
tumultus magis fiet: accep
ta aqua lavit manus
coram populo dicens. Inno
cens ego sum a sanguine
iusti huius vos videritis
Et respondens universus
populus dixit. Sanguis
eius super nos et super filios
nostros. Tunc dimisit illi
barraban ihm autem fla
gellatum tradidit eis ut
crucifigeretur. Tunc mili
tes presidis suscipientes
ihm in pretorio congrega
vit ad eum universum cohor
tem. Et exuentes eum cla
dem coccineam circumdederunt
ei: et plectantes coronam
de spinis posuerunt super
caput eius: et harundi

nem in dexteram eius et
genu flexo ante eum illu
debant dicentes. Ave rex
iudeorum. Et exspuentes
in eum: acceperunt et percu
ciebant pectus eius. Et
postquam illuserunt ei: ex
uerunt eum clamide et
et induerunt eum vesti
mentis eius: et duxerunt
eum ut crucifigerent. Ex
euntes autem invenerunt
hominem cyreneum no
mine symonem. Hunc
angariaverunt ut tolle
ret crucem eius. Et vene
runt in locum qui dicitur
golgocha: quod est calp
haie locus. Et dederunt
ei vinum bibere cum felle
mixtum. Et cum gustasset
noluit bibere. Postquam
autem crucifixerunt eum
diviserunt vestimenta
eius sortem mittentes
Tunc adimpletum est
quod dictum est per prophetam di
centem diviserunt sibi

Crucifigatur ait illis preses quid
enim mali fecerit ait

56